









quoque pro anima sollicitudo sit, servare rationem docentem, cum a Deo habeamus quicquid sumus, huic uni referendum esse, quicquid operamur, Quod si semel tenebras offunderimus illi, quod lumen in cætera debet effundere, quid quaeso nobis reliquum erit nisi profunda cæcitas? Quemadmodum qui flammis fontem claudit, statim totum alveum efficit, ita qui obscurat animam omnium actionum nostrarum, videlicet intentionem, eodem tempore in omnem vitam rationem tenebras facit. Idem.

Quantumvis utile sit peccatoribus animo in infernum usque descendere, atque oculos in cælum attollere, ut sese ad virtutum exercitationem excitent, certum est, Patrem misericordiarum, qui scit nostram infirmitatem, non semper electos in hoc statu relinquere, qui servituti, & cupiditatis potest appellari, sed uni eodem tanquam via, qua illos ad charitatem, integritatemque amorem adducat. Non ideo putandum est, Deum sine premio esse diligendum, sed toto celo perfectius est ea in opera, quam illi præstamus, nullam haberi præmiorum rationem: Non sine premio diligitur Deus, est absque premio intuitu diligendus sit; alioquin mercenarius est amor. Vult Deus simpliciter corde queri, hoc est, nihil vult æque ac se, nihil extra se, nihil post se queri: Non aliud tanquam illum, non aliud præter illum, non aliud post illum. Idem.

Amare Deum ex toto corde, quemadmodum Dignus Thomas explicat, quid aliud est, quam ad illum omnes actiones nostras referre? Quid illum ex tota anima diligere, quam omnem amorem ad Dei amorem referre? Quid illum ex tota mente amare, quam mentem sub illius obedientia in servitum redigere? Quid tandem omnibus amare virtutes? quam, ut inquit, Apostolus, cum amore facere, quicquid facimus? Itaque iuxta ideam hanc puritas intentionis in hoc posita est, quod Deum ex toto corde, tota anima, tota mente, virtutesque omnibus diligemus. Hac proculdubio fuit S. Augustini sententia, affirmantis virtutem non aliud esse nisi summum Dei amorem. Virtutem nihil opinio esse affirmatorem, nisi summum amorem Dei. Idem.

Quicumque Sanctus Basilus inquit, Dei præcepta propter metum servaverit, atque jugiter trepidabit, ne sibi negligentia suæ poenæ luenda sint, ne ille quidem diligentissime cavet, ne eorum, quæ præcepta sunt, partem adimpleat, reliquam vero partem negligat; e contra in singula momenta metuet, ne subeunda sibi sit poena debita culibet actioni inobedientiae, & contemptus legis. Hac de causa Sapiens ait, Beatus homo, qui semper est pauidus. Hac animæ suæ dispositio illum in veritate constituit, atque in hoc statu ponit, ut cum Propheta dicere possit: Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear. Et sapiens hæc circumspexit causa est, ut nihil prætermitterat eorum, quæ sibi facienda sunt; ideoque alibi David ait; Beatus vir, qui timet Dominum, quare? quia in mandatis ejus volens nimis. Unde certissime inferitur, neminem eorum, qui timent Dominum, ullum ex præceptis ejus omittere, vel occiderit explere. Idem.

Positis tribus diversis rationibus, quæ christianos omnes, ut ita dicam, partiuntur, eosque ad Deum inserviendum impellunt, alios quidem propter suppliciorum metum, alios propter spem præmii, alios denique propter amorem, & charitatem, triplex quodammodo fidelium status existit. Nostrum autem interest, nosmet diligenter excutere, ut liquet ad quemnam ex tribus hisce statibus pertineamus. Fortasse inveniemus etiam nobis neque satis timoris Dei, neque satis cupiditatis futurorum bonorum, & minus adhuc charitatis inesse; etenim sexcenta sunt, quibus quotidie elucelet modicum fidei, quod in officiorum nostrorum, divinarumque mandatorum observatione præfecimus. Ita videbimus nondum nos fortasse inceptisse primum proferre pedem, ut tendamus ad Deum, & acquiramus puritatem intentionis, quæ nihilominus tantæ necessitatis est ad perfectionem acquirendam. Idem.

Mythici quidam supremum puritatis intentionis gradum in eo statu constituunt, quem summæ indifferentiæ nuncupant, & volunt etiam hanc ipsam æquationem in spiritualibus bonis servari: ita ut

Deo ferendum est, non propter præmium. *Bara. Sermon. 4. de peccatis.*

Idem tract. de dilect. Deo.

Bona, quæ percipiuntur ex ratione agendi propter meritum sibi.

Præcepta, quæ sunt in rebus, sicut in scriptis.

Nobis cogitanda ratio est, propter quam Deo famulamur, & omnes actiones nostras percipimus.

Mythorum quorundam sententia de gradibus puritatis intentionis.

anima, cui in actionibus omnibus obiectum Deus est, nullo habeat in discrimine. Autrum Deus illum per ariditates an unctioes, per tædium, an consolationes, per tenebras, an per lucem, per gaudium, an per tristitiam, per amaritudines, an per suavitates adducat? verbo, utrum Deus cor ejus coarctet, an effundat; dummodo fiat volens illi, & quicquid vel facit, vel patitur, Deo acceptum sit, se nimis beatam putat, quia de Deo non ex carnis gustu, sed ex cordis sensu judicat. Hoc unum illi solatii loco est, scire Deum esse Deum suum, atque hoc ipsum in æternum sibi futurum, ac se nunquam non nisi propter illum operaturam. Idem.

Deus, inquit celeberrimus Picus Mirandulanus, hominem post cætera creavit, ut videns inferiora qualibet animantibus ratione carentibus distributa, intelligeret Deum unum suam partem esse debere; ideoque non aliud quereret præter Deum, confitens, quantum anima præstat corpori, & homo brutis, tantum finem, quom omnibus in actionibus suis sibi proponere debet, & intentionem, quam debet habere, præstare cæteris creaturis, atque hoc intuitu a terrenis rebus, quibus circumdatus est, seipsum allevaret, ut Deum unum in corde suo imperium exercere relinqueret. Oportet ergo, in illo miram fieri perturbationem, cum aliud querit, quam Deum, vel cum agit propter alium quemlibet finem, quam ut placeat Deo. Idem.

Quemadmodum hanc intentionis puritatem acquirere non possumus, nisi prout amor terrenarum rerum, atque nostrummetipsum imminuitur; nihil enim magis oppositum inveniri potest, quam Deus, & mundus, amor proprius, & amor divinus, eo quod, ut Sanctus Augustinus ait, alter quidem nos impellit, ut omnia Deo præferamus, alter vero, ut rebus omnibus, & nobis quoque metipsis præferamus Deum; ita, ut non ad hanc puritatem Sanctus Joannes Apostolus revocet, etiam, atque etiam hortatur, ne mundum diligamus. Immo longius adhuc procedit, ac prohibet, ne quid eorum diligamus, quæ mundum componant. Nolite diligere mundum, Apostolus inquit, neque ea quæ in mundum sunt. . . . Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Si cupidus ergo intentionis puritatem acquirere, abdicandum est hic amor mundi, nulla bona illius persequenda sunt; unde sequitur, nobis non aliam futuram intentionem nisi placendi Deo, & pro gloria illius laborandi. Idem ex parte.

Non solum operam dare, tenemur ut cor nostrum, nostramque intentionem ab illa immixtione emundemus, quam creaturarum amor ibi potest efflicere; inluper hoc ita efficiendum est, ut per fidem nostram firmus bonus odor Jesu Christi, ut Sanctus Paulus ait, ut illum ad nos trahamus, eique placeamus. Ex quo ille cor nostrum ingreditur, nos illius templa sumus, & sanctuarium; ideoque omnia illi facta esse debent. Quemadmodum in Templo, & Sanctuarium nefas est prophani quidquam intrari, ita non aliud nobis esse debet desiderium, quam placendi, non alia intentio, & mens, quam efficiendi voluntatem ejus, atque gloriæ ipsius omnes cogitationes, verba, actionesque nostras convertendi. Quam esse iniqui, si in alios usus converteremus, quod illi sacrum est! Hac sane esset abominatio desolationis in Dei virtutis sanctuario iniquitatis vestigia servare, vel ibi ipsam statueret iniquitatem prava aliqua intentione. Idem ex parte.

Quandoguidem tenemur diligere Deum tanquam summum bonum nostrum, ratio, qua facile, ac rite hoc adeo justo munere persequamur, Sanctus Thomas ait, est ad illum omnes actiones nostras referre per intentionis rectitudinem, quæ illum tanquam postremum finem, & scopum suum intueatur. Nulla rector est intentio, quam quæ recta temper tendit ad Creatorem, quin unquam creaturas versus inclinet, quæ unice querit quomodo placeat Deo, quin vel sibi, vel aliis satisfacere labore, quæ Dei unius gloriam consecutur, quin illud curet, utrum inde sibi existimationem, an contemptum sit conciliatura, quæ reliqua omnia præter Domini sui gloriam nullo habet in discrimine, quæ denique non aliud, nisi Dei sui gloria adimplere conatur. P. Hainewee parte 3. de Oratione Sermon. 16. Omnia;

Sensentia Pici Mirandulani.

Quomodo puritas intentionis possit acquiri.

Jesu.

Idem.

Quæ sit bona intentione placere.

Christiani nil cupere, cogitare, sperare, debere, quam Deum.

Eccl. 44.

Ab. 13.

Recta intentio ratio est, quæ præcipuum de diligendo Deo servare facit possumus.

Bona intentio bonas efficit omnes actiones nostras, his exceptis, quæ ex se prave sunt.

Omnia nullo in discrimine sunt animæ rebus in omnibus putam intentionem habenti; æque parata est ad nihil, & ad multum faciendam parata ad calamitates æque ac gratias, contemptum, pauperitatem, molestias, æque ac honorem, opes, solatia recipienda; etenim quodcumque illi divina dignetur immittere Providentia, ibi semper rem suam, voluptatem, & requiem inveniet, dummodo in tanta hac rerum varietate habeat intentionem placendi Deo, voluntatem ejus implendi, ac sese mandatis illius conformandi. Deo uni satisfacere querit, neque interest sua, quo pacto eidem satisfiat. Id habet, quod curat, statim ac habeat intentionem efficiendi ea omnia, quæ illi placitura cognoscit. Idem.

Facere nequeo, quo minus istic in animarum sanctorum, quæ ad perfectionis apicem contendunt, gratiam præstantissimum in medium afferam modum intentionem dirigendi, qui quidem est omnibus in actionibus intentiones nostras cum Dei intentionibus consociandi, ita ut actiones ita efficacius perinde ac unis illo pro nobis faceret, vel illas ipsi cum eodem faceremus, eadem præter ratione, quæ Sacerdos Domini Minister Divinum celebrans Mysterium idem offert sacrificium, quod Jesus Christus obtulit in Cruce, atque sacra verba pronuntians nequaquam in propria loquitur persona, sed in persona summi illius Sacerdotis, quem exhibet in actione hac adeo augusta, ubi Salvator ipse æque Sacerdos est, atque Hostia. Qui hoc pacto vivit, non aliud præstat, si dicere fas, nisi quod Domini sui actionem sequitur, quia non nisi eadem intentione operatur. Hoc in sensu fortasse dicebat Apostolus se non vivere, at in se vivere Jesum Christum, quia non solum propter illum dumtaxat operabatur, sed cum illo, iidem rationibus, iidemque intentionibus, ac ille. Perfecto si sancta est consuetudo actiones, & passionis nostras Salvatoris actionibus, & passionibus consociare, quod efficit, ut Deo sint magis acceptæ, non video, cur agere non possumus iidem intentionibus quibus ille operatur. Si nostras cum illius intentionibus conjunxerimus, quas sanctissimas, & perfectissimas esse non ignoramus, nonne actionibus, æque ac intentionibus nostris meritum fiet ingens accessio? Idem.

Ut nosmet excitemus ad habendam omnibus in actionibus nostris intentionem placendi Deo, & efficiendi, quicquid illi acceptus futurum est, meditari sufficit, ac iustam concipere ideam felicitatis eorum, qui Divina huic placeant Majestati, cui quidem felicitati nulla par potest excogitari. Sanctus Chrysostomus insanum putat eum, qui non contentus placere Deo querit, vel cupit ampliorem actionem, & laborum suorum mercedem. Pater magnificum Filii sui exornare cupiens elogium in ejusdem Baptismate, atque transfiguratione omnia his verbis complexus est; Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; & sane nihil sublimius dici poterat. Ecclesiasticus texere volens encomium Henoc omnia verba unico protulit dicens: Henoc placuit Deo; cumque Deus ipse Davidem celebrare voluit, quid aliud dixit, nisi quod illum juxta cor suum sibi invenerat? Inveni David virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Eheu! ponderate, uti opus est, quid sibi velit placere Deo, quod idem est, ac dicere, esse secundum cor Dei, talem esse, quales nos esse desiderat Deus: eodem fere pacto quo opes avaro placet, voluntates impudico, & honores illi, qui gloriæ cupiditate intumescit. Creditis ne, si Dei ope hoc intellexeritis, ullam rem, licet molestissimam, a vobis æque, libentique animo suscipiendam non esse, ut illi placeatis, vel posse vos vobismet præstantissimum consilium proponere, vel rectiorem, & quietioremque intentionem habere? P. Surffen in tractatu de pura intentione.

Intentio bonam efficit actionem, quæ per se est indifferens, illam attollens, eique suam perfectionem, & bonitatem communicans. Solatia enim, negotia, visitationes, urbanitatis officia, amicitie, rei domesticæ cura, bonorum suorum conservatio, actiones omnes, quæ ad hoc pertinent tempus, per bonam intentionem ad supernaturalem eventum ordinem, & ad æternitatis acquisitionem conducunt. Ille vero, quæ sapienter natura prave sunt, omnino cum intentione bona consociari non possunt. Quid enim pro bona intentione intelligitis, Hendry Bibl. Tom II.

nisi voluntatem placendi Deo, dum illum læssit, eidem inserviendi, dum illius mandata persequitur? Nemo unus negat, actionem solam nequam quam sufficere, ut placeamus Deo, & voluntatem ejus faciamus, quæ ille cor nostrum postulat; sed eandem ob causam neque sola sufficit intentio: præcipit enim Deus, ut a malo, & ab omni specie mali abstinemus, quod sane inutile, & proflus sum pervicacem esse præceptum, si, ut nostris persunderemur officis, intentio tantum bona sufficeret. Autor Anonymus.

Certum est generatim, nihil in actionibus nostris magis spectandum esse, quam bonam, pravamque intentionem, & hanc, juxta loquitur Evangelium, illum esse oculum, de quo loquitur Evangelium, qui efficit omnes actiones nostras lucentes, vel tenebrosas, prout ille perspicax fuerit, vel caligaverit. Jure dicuntur minimæ etiam actiones purissimis peractæ intentionibus magni esse meriti coram Deo, ac toto celo superate posse actiones maximas, quæ minus pura intentione peraguntur. Autor Anonymus.

Sanctus Gregorius hunc Jobi locum explicans; Spes hypocrisis peribit, ait hypocritam ea efficientem, quæ in speciem bona videntur, non querere, quomodo placeat Deo voluntatem illius adimplendo, sed quomodo plausus, atque existimationem hominum aucupetur: hæc illius intentio est, hoc unice curat, hæc pariter tota merces est, quam debet præstolari. Credere enim Deo acceptum fore, quod propter illum non facit, inanis prætentio est, neque ullo pacto hoc illi sperandum est. Desinde Sanctus hic Doctor addit, eum, qui, quia Deo placere contendat bonis operibus, & hominibus tantum placere studet, ac non alium habet finem nisi hominum plausus, pro vili deservit pretio, quod magni constat, quia hoc sibi comparare valens regnum Cælorum inde non aliud nisi perfructu exultationis fluxum, ac fragile bonum requirit. Quisnam major abusus, quæ gravior dementia fingi potest, quam plurimum adlaborasse, & plurimas præclaras actiones gessisse, ut tandem vacuis manibus nullus fructus perciperetur? Ex Tractatu E. Rodriguez, de puritate intentionis.

Ut actio rationalis fiat, dux requiruntur qualitates, altera quidem, ut in se bona sit ac divina legi nequaquam contraria, altera ut per intentionem ad Deum, tanquam ad finem suum referatur. Actionis bonitas in se corpus adionis vocatur, & relatio ejusdem ad Deum, quatenus ad finem, actionis anima dicitur. Ita quæcumque actio in se bona est, sed ad proprium finem nequaquam referatur, corpus sine anima vocatur, ita ut secundum hanc doctrinam, frustra bonæ actiones fiant, nisi eas faciens sibi Deum pro fine constituat: si propter aliumquempiam finem illas operetur, quamvis bonus hic videatur, ibique immoretur, quin progrediatur ulterius, hæc profecto opera sunt materialiter bona, sed minime sunt veræ virtutes, quæ gloriam, æternamque præmii merentur, quia veræ virtutis anima, relatio videlicet ad finem suum, ibi desideratur. Ex Christianis sermonibus, sermone de conditionibus ad bona opera efficienda necessariis.

Sacer textus admonet, Deum, ubi tempus acciperit, justitias quoque esse judicaturum. Judicabit ille quidem non corpus, sed animam actionum nostrarum. Non ponderabit jejania, elemosinas, austeritates in seipsis, sed scrutabitur altitudinem abyssi cordis nostri, unde prave consistat, pravæque prodent actiones: ad examen revocabit quicquid sanctius, vel minus imperfectum in oculis hominum fecerimus, sedula cura perquirens finem, causamque virtutum, quas ipsi exercuerimus. Inspiciet, utrum hominum plausus, & mundi existimatio primæ fuerint bonorum consiliorum a nobis innotum cause, & si in nobis aliquem ex his defectibus invenit, nequaquam finem Regni Cælestis participet; quia non nisi mendaces virtutes invenies, cum verum virtutis meritum a bona intentione dependeat. Autor Sermonis de puritate intentionis, cuius superius meminimus.

Si omnes actiones nostras ad majorem Dei gloriam efficaciter, quam primum illum perfectionis gradum assequeremur, quem omnes ætætica vitæ Magistri etiam, atque etiam commendant, omnia videlicet ad unitatem redigendi. Etenim rebus in omnibus non aliud spectantes, quam Deum, & in

De bona, pravæque intentione, generatim.

Prave intentione efficiunt, ut bonarum actionum fructum amittamus.

Dux qualitates, quæ requiruntur ad hoc, ut actio sit bona.

Dux præsertim secundum intentiones nostras nos judicabit.

Puritas intentionis via est quampersequamur ad sublimiorem perfectionem per actionis gradum pervenienti.



actionibus omnibus propter Deum tantummodo agentes, hanc rationem, & intentionum multitudine, quæ ut plurimum cor, & mentem parit, in hoc unico Dei intuitu subsistet, in unica hac amoris Dei ratione; nullumque aliud animæ obiectum supererit, quam solus Deus. Ita ille, qui semota qualibet consideratione rationem earum, quæ ex creaturis desumuntur, Deo tantum vacat, ac solo Dei sui flagrat amore, hic iam affectus est sublimem hunc perfectionis gradum, omnia videlicet redigendi ad unitatem. Quod si huic obiecto aliud quodpiam conficiat, quod ille respiciat, quin illud referat ad Deum, unitate excedit, contumeliam interit huius magnitudini, coram qua omnia sunt adeo minuta, ut penitus evanescent. At quamvis percipiunt utilitatem Deo hac ratione inservientes? Satis animo assequi nequaquam licet, quam longe hæ rationes puri amoris Dei, & gloriæ eiusdem excedant alias quaslibet rationes, non motuum tantummodo virtutum, verum etiam supernaturalium; quam differat exempli gratia aliquid efficere ut Deo placeas, sanctamque illius voluntatem adimpleas, ac idem operari, ut æternam mercedem assequaris; cum utriusque huius intentionis mensura desumatur ab eo discrimine, quod inter Dei, & creature gloriæ interest, inter quæ nulla sane proportio invenitur. *Ex Tomo 1. Spiritualium Epistoliarum Patris Surin.*

Quam præstat nobis ob sublimem huiusmodi rationes operari, quam propter alias quaslibet, quam utilitas propria primum est principium, & causa? Quis non videt animam, quæ in hac puri amoris integritate solidata est, & quæ ex hoc tantum principio operatur, in minima, facilitateque actionum omnium plus mereri, quam alia, quæ ex alio operata principio maxima, ac difficillima quæque agens non meretur, quia actionis materia parum consideratur, ubi comparatur cum intentione, quæ est tanquam anima actionis, huius vitam, & virtutem impertiens? Quam facile possumus locupletari, nisi animus desit nosmet ad sublimem hæc agendi rationem evehendit. Quam spiritualium bonorum copiam, quos gratia, & gloria thesaurus congregare possumus, si vestimus? Denique quidam sublimis est, quam non aliam nisi divinæ gloriæ curam gerere, non aliam intentionem, neque voluntatem, nisi illam, quam Deus habet, habere? Fingine potest ulla hæc major spiritus magnitudo? *Idem.*

Istic derelictus est abusus, in quem plurimi viri boni, sed nondum satis perfecti, ac spirituales labantur; videlicet quod plures in se bonas actiones aliatque indifferentes operari credunt se illas cum recta intentione peragere hoc prætextu, quod illas offerunt Deo spiritus elevatione, quin negotium illis faceant dispositiones alia, quas puritas intentionis requirit. Homines huiusmodi quam longe falluntur! Recta, quæ ad sanctitatem ducit, intentio in corde præter hanc mentis elevationem ad Deum constituere debet puritatis principium, quo actiones nostræ perfecte efficiantur, videlicet opus est, ut actiones nostræ fluant ex corde perfecte adeo in Deum converso, ut omne vitiosum, ac humile principium excludat, & nullam patiarum immixtionem propriæ voluptatis, vel humani respectus, vel aliam quamlibet causam, quæ efficiat, ut malum in eam, quæ fit, actionem obrepat. *Idem.*

Nullum in corde affectum admitte, nisi qui Dei honorem, & gloriam respiciat. At in hoc ipso Deum unice specta, paraque intentionem mentem tuam jugiter in Deum converte, quin illam patiarum sese ad terrenas considerationes, ad desideria hominibus placendi, ad timores eisdem displicendi, ac non satisfaciendi submittere. Quicumque enim fidelem hanc sicut mentem placendi Deo, eumque in omnibus spectat, hic sane Divino Spiritu regitur, & animatur. Hac ratione fruatur libertate filiorum Dei, non aliud quærens quam Deum, non aliud considerans, ac timens quam Deum. Denique hoc patet veras amor, purus Dei amor in corde efformatur. *Idem.*

Ratio vera agendi cum Deo hæc est, quod omnes animæ nostræ facultates divinæ voluntati efficiendæ, ejusque gloriæ augendæ penitus vacent. Ita quæcumque in creatis rebus applicatio impendatur, creature rationem minime habemus, nisi quatenus ad Dei gloriam referatur. Ita quod pro

creaturis facimus, omnem a Deo originem, atque virtutem percipere debet; & affectus, quo creaturam prosequimur, distare non debet ab amore, quo prosequimur Deum; sed ille huius quædam veluti extensio esse debet, divina ratione subinet dominantem potestate subsistente; videlicet, ut agamus ea puritate intentionis, qua debemus, in actionibus nostris non alia admittenda est intentio, quam placendi Deo, ejusque gloriæ inservienti. *Idem.*

Mira hominis elatio non alium suæ essentia suarum actionum habere finem ab eo, quam Deus habet in suis, qui illum agere facit ob eandem causam, qui facit, ut ipsi tantum placere, ipsum laudare, & celebrare contendat, qui facit tandem ut credat, quemadmodum Deus omnia propter illum creavit, ita nihil esse, quod homo non propter Deum facere debeat: *In gloriam meam creavi illum.* Verum animadvertite, ut hanc sequaris impressionem, quæ hominem ad suam finem adducit, opus esse quodam machinamento, primoque principio, quod illum ad eundem trahat. Hoc autem quod est; intentio, de qua loquor, quæ talis est, ut sepe in occasionibus ipsa una constituat essentialia discrimine, quod inter actiones nostras invenitur, quas fingillatim in sua specie constituit, ut loquitur S. Thomas; & prout bona, vel mala est, actionem bonam efficit, vel malam. *Sermo Manu scriptus.*

Ex intentione actiones nostræ bonitatem recipiunt, quam ex se ipsis non habent, hæc illas attolunt, perficit, sanctificat, hæc illis decorem impertit, & Dei locum reddit acceptas. Hæc ratio est, propter quam intentio a Sanctis Doctoribus vocatur anima actionis nostræ, & forma illas vivificans, illis sanctitatis characterem inuens, easque in Dei iura, ac dominium traducens. Infingem habeo (Frater), S. Augustinus hoc in argumentum ait, quam vobis aperiam, veritatem, & quæ vos callere maxime decet, Deus, quem efficitur lux dignitas toto cælo super homines elevat, non uti homines, de rebus iudicat; illi enim extrema, mendacique specie contenti, quam actiones nostræ præferre possunt, non aliud requirunt ultra, ut æquam sententiam ferant, atque ut illas bonas existimant, quia in ipsorum oculis fulgent. Deus vero, qui renes scrutatur, & corda, non hæc in cortice, sed intima quæque intuetur, & ad examen revocat finem, propter quem operatur. Non igitur ex his, quæ facimus, Sanctus hic ait, earum meritum existimandum est, sed ex fine, quem illas facientes nobismetipsis proponimus. *Officium nostrum non officio, sed sine penandum est.* Cum tuo iudicium terre captivus, minus cogitandum est utrum quod facimus bonum sit, quam utrum ratio, propter quam illud facimus, sit laude digna. *Idem.*

Inter quos cancellos ex continentur actiones, quæ vitam nostram componunt? Scimus illas in iis rebus consistere, quas propter earum parvitatem offerre Deo non puderet, nisi nobis esset persufumum. Deum ex nobis hunc honorem perquirere; somno membra recreare, cibo se recitare; negotiis vacare, officiis, quæ singulorum statum propria sunt, perfungi, nonne ea sunt, propter quæ operamur? Quid inimus, quid levius? sed si affecti voluptate placendi Deo ita propter ipsum facimus, nonne magna, & pretiosa sunt in oculis ejus, & nonne illa merito nobis adscribit, ita ut nihil ultra expectare valeamus? *Idem.*

Omnia opera nostra bona non sunt, nisi cum christianam inducunt intentionem. Facite quæcumque libet heroicum, & magnum; hortamini orate, adificate, prædicatæ, jejunate, mundum universum convertite, martyrium ipsum subite; at hæc omnia, nisi recta adit intentio, nihilum putate. Cur istud, quæritis? quia sine illa omnes actiones, quæ adeo nient, sterile sunt, atque nullus pretii. Quod sit, bonum quidem est, at non fit, uti opus est. Quid unquam deest? Intentio, quæ est veluti forma actionem determinans; hoc opus misericordiarum, exempli gratia, bonum est, sed quia voluntas illud efficiens recta non est, nullius erit meriti. Quid porro illam rectam facit pietas, charitas, intentio agendi propter Deum, eumque glorificandi. *Idem.*

Sæpe nosmetipsos colligamus, & cogitemus nos creatos non fuisse, & hoc in mundo non esse, nisi ut

Homo enim dem habere potest finem, quem Deus in actionibus suis, per intentionem.

Intentio bona actiones nostras attollit, & per hanc de illis ja dicat Deus.

Per intentionem minima que magis sunt.

Sine recta intentione maxime queris actiones coram Deo nihil sunt.

ut serviamus Deo, & gloriam illius procuremus, illi igitur serviamus est, atque gloria eius querenda in iis omnibus, quæ faciemus, loquemur, patiemur; omnia ad hunc finem referenda sunt, quemadmodum propter hunc finem creati sumus. & egregie facit, qui quotidie mane Deo omnes offerre consuevit dei illius actiones hæc intentione: sed plurimi hoc faciunt, quin eam cogitent obligationem, quæ in hac oblatione comprehenditur. Ita se ipsos in peris que actionibus suis requirunt, & quodlibet aliud spectant, quam gloriam illius, qui unice amandus est, & cui uni serviamus. Eheu! cogitemus nobis hæc animi affectione vivendum esse, atque moriendum, quia propter hoc tantummodo sumus, neque aliam unquam intentionem habere debemus. *Auctor Anonymus.*

Pauci sunt, qui sublimibus hinc divinisque moventur rationibus voluntatis Dei, gloriæ Dei, confiliorum Dei adimplendum. Plerique, de his eam loquar, qui Deo servire proferunt, hæc re adeo parum affecti sunt, ut nonnulli aliqua emolumentum, honorique sui ratione moveantur, in aliquo obtando negotio extremum capiant consilium. Sola humana rationes in eorum deliberationibus prævalent, voluntas eorum semper in hanc partem inclinat; si opus aliquod sibi inutile futurum putant, illud aperte labire detestant, quidquid faciunt, ad eorum utilitatem referunt, vel saltem non agunt unice, ut Dei voluntatem efficiant, ut Deo placeant, ut Dei gloriam procurent; sed aliquando semper utilitatis suæ rationem admittunt. Hæc profecto insignis infelicitas est, ut ad Dei voluntatem explendam excitentur, in creatis rebus querendum esse, quod nostræ solationi adferat infirmitati, quasi ad id non satis validas rationes gratia suppeditaret. Ecce nihilominus quous plurimum, redacti sumus. Hæc est querela Auctoris libelli de Jesu Christi imitatione, cum ait: Ullasne invenitur, qui velit Deo sine premio inservire? *P. Surin in Dialogis Spiritualibus Tomo 2.*

Ratio vera, propter quam Ethnicorum, Hæreti-

corum, immo etiam Sapientium sæculi virtutes mendaces sunt, hæc est, quod in his, quæ faciunt, non Deum, sed voluptatem suamque utilitatem respiciunt. Hoc ipsum dici potest de omnibus imperfectis Christianis, qui non agunt propter Deum, neque ex fidei principis, sed ex mere naturalibus causis. Itaque si ullas efficiunt pietatis, vel charitatis actiones, hæc ita sunt humanis immixte rationibus, ut ibi vix, & ne vix quidem aliquis supernaturalis bonitatis gradus invenitur. Quot mulieres, quarum vita non est ad scandalum usque flagitiosa, nonnumquam divinis interfunt officiis, ut videant, & videantur? Quot homines alii gratificantur, ut honesti, & officiosi existimantur? Quot sese demittunt, ac ex mera urbanitate præ se mansuetudinem ferunt? Nonne, officii certant, suamque profitentur amorem illis, quos intus in corde contempunt? Hoc nonne offendit virtutes hæc esse mendaces? Vera virtus haberi non potest, nisi illam exercere studeas propter Deum, & nisi per ea traducta fuerit pericula, quæ illum confirmant, solidantque.

Agere, ut Christianum decet, est omnia operari hac mente placendi Deo, longe semotis omnibus humilibus, & naturalibus rationibus, quæ ut plurimum homines movent, & ad illas impellunt actiones, quæ æquissime, optimæque videntur. Ita Christianus interior, vel qui talis fieri vult, non aliud spectare debet, nisi ut in iis omnibus, quæ faciendæ suscipit, placeat Deo. Deus hoc vult, Deus hoc petit, hoc Deo acceptum est: hic illius finis est, hic scopus, hoc omnium perquisitionum eius obiectum, & unicum quietis ejusdem centrum. Hæc dispositio vocari potest vite spiritualis fundamentum. *Idem Tomo tertio.*

Deus, qui perspicax est, atque omnes cordis nostri sinus, latebraque scrutatur, ut plurimum, intentionum nostrarum bonitatem remuneratur; quia iudicat secundum secreta dispositiones, sine quibus opera, & actiones nostræ, quantumvis bonæ videantur, oculis ejus acceptæ non sunt, neque illum meritum habent.

Intentionis desiderium pleneque virtutes nostras irritas facit.

Agere, ut Christianum decet, est operari, ut placeas Deo.

# I N V I D I A .

Dolor ob aliena bona. Zelotypia.

## M O N I T U M .

**Q**uamquam invidia sit superbia filia, & mox pariat adiam, iram, ulsionem, allaque peccata, quæ illius sunt efficta, attamen, cum ipsa per se sit peccatum, potest etiam esse satis copiose suppeditare morali, utilissimæque concioni; satis enim constat vitium hoc ex eorum esse numero, quæ hodierna die late dominantur in terris, & quibus si etiam, qui virtutem sequuntur, minime carent.

Argumentum hoc pertrahendi tria potissimum sunt animadvertenda. Primum si velit vitium hoc ex ipsis originis ostendere, videlicet superbia, hoc fiat parcius, & jesunius, neque imitetur Oratores quosdam, qui sermonis argumentum immutare videntur, atque non unam, sed duas habere conciones. Sed satis erit docere paucis ex vrenato fonte nihil nisi perniciosissimum prodire posse. Alterum est, ne invidia, quæ magnum crimen est, confundatur cum emulatione, & zelo, quæ cum noxio hoc affectu aliam quam habere videntur similitudinem, sed quæ recta quam longissime abhorrent, quandoquidem nostros excitant animos, & ad bonum, quod in aliis videntur, imitandum instigant. Tertium denique est in caracteribus, atque descriptionibus vitii huius, quæ afferuntur, evitandas esse. Poeticas imagines, quas prophant quidam Auctores, immo etiam aliqui Sancti Patres concinnarunt, qui hæc in re sæculi sui ingenium secuti sunt; quod profecto ab hodierno plurimum distat.

Addendum autem puto, quemadmodum non desunt nonnulli, quorum virtus, merita, gratie, naturæque bona ipsi constant invidiam eorum, qui rebus huiusmodi carent, si hoc attingatur, eos, quibus invident alii, exciandos esse, ut censuram quamvis effugiant, neque hanc ceant invidiam vel inani ostentatione, vel aliorum contemptu, vel superbia, quæ res majorem illis contemptum, quam invidiam signant.